

*fias, quæ vel de igne elementari inter cæ-
 lum stellatum & aerem posito; vel de Ga-
 laxia, vel de Cometis, aliisque rebus me-
 teorologicis agitari solent, sine Optica re-
 Æte diiudicare potest? Hæc enim rationes
 firmas suggerit, cur merum sit figmentũ
 & somnium hominum, quicquid de eius-
 modi igni vulgo asseritur; cur circulus la-
 Æteus ex numero meteororum sit exclu-
 dendus; cometa vero includendus: cur
 denique tot & tam varia phenomena in
 vel ex halitibus in aere consistentibus
 generentur & conspiciantur. Proinde
 non immerito Optica Physicæ & Astrono-
 miæ lux splendorque communis appella-
 tur. Quod vero ad Physiognomiam præ-
 sertim humanam attinet, si quis huius
 artis studium superuacaneum & inutile
 esse putat: eum in magno errore versari
 dubium non est. Hæc enim signa externa
 tradit à Natura ipsi corpori humano im-
 pressa: per quæ non tantum internæ &
 naturales hominum ad habitus & mores*